



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Œcumenica Cathedræ Apostolicæ Avthoritas**

**Reding, Augustin**

**[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.**

§. II. An prima præinsinuati Gallici  
Regni causarum cognitio ad sanctam Sedem, an ad Concilium Provinciale  
spectet?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38717**

## DISQUISITIO IV.

Quousque, salvis concordatis inter Leonem X. & Franciscum I. Galliarum Regem initus, extensi possit Papa iurisdictio in ordine ad forum contentiosum Ecclesiasticum?

§. I.

**A**uthor tractatus de libertatibus Ecclesie Gallicanæ lib. 6. cap. 5. tradit, a tempore præinsinuatorum Concordatorum emeritis sequentes difficultates, quarum prima est; Vtrum Papa possit aliquius negotij judicium ad se immediate trahere? Secunda; An possit aliquando negotia judicare? Tertia; An formulis ordinis iudicarij se accommodare tenetur? Prima igitur controversia frequenter occurrit de causis majoribus: quarum momenta, advertente Authori præfato n. 2. expenduntur ex quadruplici capite. Primo ex rei magnitudine, ut v. g. quando spectant ad fidem, ad Religionem, vel ad præcepta generalia morum, & discipline, ut habetur *Can. Præceptis d. s. 12. Cap. Majores. De Baptismo. & alibi.* Secundo causa maiores dicuntur ex magnitudine difficultatis circa illas natæ. Interduum enim quasi synonyma ponuntur, majores & difficiliores quæstiones; & ab hoc maxime capite Galli, saltem si Ioanni Gerbalio creditus, causarum magnitudinem metuntur. Sic enim habet Doctor ille *Dissert. de causis majoribus art. i. num. 10.* Galli nostri diversam aliquatenus majorum causarum idem tradidere; neque enim causa majorum apud eos statim dicta sunt, que de rebus majoribus ac præstantioribus essent, sed quæ plus obscuritas haberent ac difficultatis: quare tum tandem Apostolicam Sedem adeundam, ejusque consulenda oracula existimârunt, cum aliunde lex non assulgeret, ratione que vulgo usurpatæ minimè sufficerent. Exploratum illud sit, &c. Tertiò vocantur causa maiores ratione dignitatis personæ, v. g. cum de Episcopale agitur, ut patet ex cap. *Inter corporalia. De translatione Episcopi;* & ex Doctoribus in illud cap. Denique maiores dicuntur ob difficultatem exequendæ rei justæ, aut amoliendi rei injustæ. Sic anno 816. Ecclesia Rhemensis in Concilio Pontigonensi, cui Apostolica Sedis intererant Legati, majora negotia, & maiores causas appellatae eas injuriæ, quas à Ludovico Germano Rege perpessa fuerat, & timebat, ne in posterum pateteret: Paternis magistris instruimus, ut, si quæ majora negotia, vel maiores causæ exortæ fuerint, ad sanctam Apostolicam, prout authoritas docet, & mos antiquus obtinuit, semper referantur. Quæ sint autem illa negotia, deinde notatur; Calamitates, & miseriae Ecclesie nostræ, ac civium nostrorum, quas hoc anno a Ludovico Rege, itemque à Ludovico filio ejus, & complicibus eorum, cædes videlicet, & homicidia, adulteria, fornicationes, rapinas, sacrilegia, & cetera flagitia, quæ nullus enumerare potest, Ecclesia nostra perpessa est.

Denique postulatur auxilium; Ne de cetero talia, ac tanta mala Ecclesia nostra, ac Regnum patiatur, qualia hactenus passum est. Sed hac poltremeta duo cauarum genera majora non extimantur, nisi cum aliquæ rei magnitudine conjuncta, v. g. nisi agatur de deponendo episcopo, vel alio gravissimo negotio.

Dehinc igitur cauarum generibus prima procedit prælensis disquisitionis difficultas, quam una cum ceteris difficultatibus hic occurrentibus ex preciatis Authoris verbis expediemus, quia ex una parte, ut integrum redideretur hoc opus nostrum, urgembamur ad materiam illam, utpote Ecclesia Gallicana libertates attingere vilam, haud præmitendam; ex altera vero parte lubenter profremur nostram imperitiam in hinc rebus, quæ Gallie Regno sunt peculiares.

§. II.

An prima præinsinuati Gallici Regni causarum cognitio ad sanctam Sedem, an ad Concilium Provinciale spectet?

Pergit igitur præfatus Author à n. 3. hunc in modum distinere. Hac in re licet Episcopale judicium præmittendum, idque ex antiquis iuribus colligi, aliqui leniter, certum est, Concordata, cum causas maiores ibi excepterunt, quæ deberent ab Ordinariis definiti, primum earum judicium Summo Pontifici relinquisse. Cum enim contentiones circa jurisdictionem dirimere voluerint, hanc questionem, quæ maximæ erat momenti, & à qua plurimæ, gravissimæ que dilectiones oriri poterant, non reliquerunt indecitam: alioquin enim illi determinanda illi perfecte deinceps partes judicialiter, de illa omnino siluerint. Cum autem mentio facta est quæ cur in aliud tempus definitiada dilata fuisse, cum periculo, ne interim novarum discordiarum esset fomes, ac sine spe novorum ad eam in posterum commodiis definiriādūt adponentorū. Perspicua videtur Concordato sententia his verbis comprehensiva, ut de causa. Omnes & singula cause, exceptis majoribus in iure expresse denominatis, apud illos iudicari in partibus, qui de jure, aut consuetudine prescripi, vel privilegio illarum cognitionem habent, terminari, ac finiri debant. Quod idem in Concilio Basileensi, & Pragmatica functione statutum fuerat.

Accedit, quodd tempore præcedenti, ac consequenti Concordata, Gallis per iurum erat, causas maiores in prima instanza esse ad sanctam Sedem referendas, quia hac erat Juris Communis dispositio, & Canonici iuri Interpretum sententia, etiam apud Gallos. Guilielmus Durandus Episcopus Mimatensis in speculo Iuris partie. i. tit. de legato. §. Non ostendendum. num. 1. Maiores causa, inquit, ad sanctam Apostolicam sunt referenda, in extr. de cap. Majores. extr. de trans. c. i. ii. q. 6. omnes oppressus, & citatus super istis coram Ordinario protestat etiam absque aliquo gravamine illat, vel com-

minato

## De Apóst. erga SS. Canones potestate. 461

minato ad Sedem Apostolicam appellare, ut 2. quest.  
4. Nullam & q. 6. Ad Romanam &c. ideo s. Cū ergo, quod specialissimum est, ut probatur extrar. de appellat, ut debitus, in fin. Ioannis Gerbonii, Concordatis non longe antiquioris, verba mox exscribemus; sed glossa ipsa Pragmaticæ Sanctionis, qua semper in eo Regno maximis habita fuit in tit. de causis. S. Statut. verb. Majoribus. rem confecisse videtur, addens; Quæ ex natura ipsarum sunt deferenda ad Sedem Apostolicam, nec in ipsis compellebatur quis litigare contra Iudice inferiori. Quod multis comprobatur authoritatibus. Rebus magni nominis in illo Regno Author eandem doctrinam tradit his verbis; In causis majoribus in Iure expresse descriptis, & Sedi apostolicae reservatis.

Ioannes Gerbalius id unum in tota sua dissertatione de causis majoribus explicandum sibi propositum fuisse profiteatur in allocutione ad Lectorem; Quid nempe iuris in praesentia obtinere debet apud Gallos de causis majoribus. Atque iacredit dissertationem suam inscriptisse, ad caput Concordatorum de causis. Cū enim, inquit, Concordatorum leges agèr quidem initio, usu tam inducere, sic jam videantur, ut municipalium instar legum nobis evaserint, opera & pretium duxi examine imprimis; si quid forte novi Concordata de causis majoribus statuerint, specie atque de Episcoporum causis, & iudicis, quibus praesertim interire fuit animus. Articulo autem 3. num. 2. Quamquam, ait, dissertatione hinc tota inscripta sit ad caput Concordatorum de causis; verum tamen capituli eius tractatio propria magis erit butus articuli, non sententiam legis capite isto comprehensa pecuniarum studio, ac de industria magis examinalimus. Quia quidem declaratione levat nos onere difficultandi omnia exempla, quæ profert, iudiciorum ab Episcopis circa causas majoribus diversis temporibus prolatorum, aut exceptiones, quas adhibet adversus prima iudicia de hujusmodi causis à Summis Pontificibus pronuntiata.

Itaque id unum inquirendum est, quid nempe in Concordatis ea de re statutum fuerit; quandoquidem Concordata municipalium instar Legum Galli evaserint. Atque quantum conjectura licet alegui; sunt ex illis regulis, moribus & institutis à Regno, & Ecclesia Gallicana receptis, que valere debere declarant illustrissimi Antistites Gallicani in hac tercia propositione. Sunt autem verba Concordatorum tit. de causis, qua lequantur. Statuimus quoque, & ordinamus, quid in Regno, Delphini, & Comitatu prædictis, omnes, & singula causa, exceptis majoribus in Iure expresse denominatis, apud illos iudices in partibus, qui de jure, aut conjectudine prescripta, vel privilegio illarum cognitionem habent, terminari, & definiri debeant. Illud caput, seu titulus nihil amplius continet. Quod enim attenuit, nescio qua intentione, Ioannes Gerbalius, aliud caput est sub titulo de frivolis appellacionibus.

Agitur in capite modo exscripto, ut per se patet, de primo iudicio caularum definitivo, non autem de supremo, & a quo appellari non possit. Nam neq; minoris etiam cause apud illos iudices in partibus, qui de jure, aut con-

N n n 2 que

suetudine prescripta, vel privilegio illarum cognitionem habent, ita terminari, & definiri possunt, quin licet appellare, usque ad tertiam sententiam conformem inclusivæ, ut in sequenti Decreto statuitur. Cū igitur de prima sententia sit sermo; constat, causas majores in Iure expresse denominatas à lege Generali excipi, ejusque exceptionis non aliam yun esse posse, quam ut alia quidem à iudicibus definiiri queant, qui jure, aut consuetudine, vel privilegio illarum cognitionem habent, majores vero nequaquam.

Quod adhuc magis confirmatur ex eo, 8.

quod notat Gerbalius; nempe quod prava diu consuetudo inoluerat vocandi Romanam, etiam à remotissimis partibus, leviores causas, minimaque negotia, sive id siebat in prima instantia, ut agunt, & per calumnias, sive per frivolas appellaciones. Duobus igitur abulibus, ut Gallorum more loquuntur, mederi voluerunt tum Patres Basileenses, qui materiam Pragmaticæ Sanctionis subministraverunt, tum Authores Pragmaticæ Sanctionis, cui substituta sunt Concordata, tum Concordatorum ipsorum Authores; primò quidem ne omnium caularum prima cognitio Romanam evocaretur. Secundò ne frivole, aut interturbato jurisdictionum ordine, omisso medio, appellaretur. Primo malo occurrit statuto supra relato, quo prima caularum cognitio iudicibus reservatur, ad quos de jure, aut consuetudine, vel privilegio pertinet. Sed dum excipiuntur causæ majores in jure expresse denominatae, quid aliud operari potest illa exceptio, quam ut causæ majores etiam in prima instantia Summi Pontificis iudicio reserventur? Alteri abulū medetur caput sequens, ubi prohibentur appellations, nisi ad immediatum Superiorē, & a tentius interlocutoris, nisi gravamen inferant irreparabile. Itaque illud caput de causis, conjectudinem vocandi Romanam, etiam à remotissimis partibus leviores causas, minimaque negotia tollit, sed exceptione firmat consuetudinem illuc vocandi causas majores, quæ parvis, & minutis rebus ac negotiis opponuntur a Consilio Basileensi Sess. 31.

Id luce clarius evaderet, si notetur doctrina Iuris Canonici, ejusque Glossatorum & Interpretum circa ordinem iudiciorum. Nam ex cap. Ut nostrum. de appellat. Summus Pontifex causam motam apud inferiorem iudicem ad le evocate poterat, quod de Principe supremo docent etiam Juris Civilis Doctores, ut videri potest apud citatos ab Augustino Barbosa in hoc cap. verb. Ad nostrum iudicium revocavimus. Eaque evocatio eundem, aut majorum, quam appellatio, habebat effectum; Cū plus sit, inquit Innocentius III. illius Decretalis Author, Romanum Pontificem ad se aliquod revocare (aut, ut est in margine, evocare) negotium, quam quemquam ad eum super aliquo negotio provocare. Poterat etiam ad Summum Pontificem appellari omisso medio, ut patet ex cap. Antiqua. de privileg. ubi Gloss. verb. Ab omnibus; hoc est, ait, privilegium apostolicae sedis, ut, omisso omnibus, possit appellari ad ipsam. Idem docet hic Augustinus Barbosa, plurimorum-

§. III.

*An Majorum causarum cognitio Iudicibus  
Delegatis in Regno Gallie committere teneatur Sum-  
mus Pontifex, vel utrum eas possit  
Romae judicare?*

**A**udiamus hanc in re prefati Authoris judi-  
cium cit. lib. 6. cap. 6. negant; Papam  
obstringi ad cauſarum Majorum cognitionem  
Iudicibus delegatis in Regno Gallie commi-  
tendas; quia non honoris tantum causā, & in  
signum superioritatis Summo Pontifici refe-  
ratae sunt, quod de appellationibus in causis  
ordinarijs dici poset; sed quia propter rerum  
dignitatem, summi Judicis lumen, & au-  
thoritatem requirunt.

Sunt multi alij casus, in quibus Sum-  
mus Pontifex deberet causarum cognitionem  
ad se trahere, etiam si alias nollā ei p̄missa  
lege referantur; v. g. primū, cum Episcopi  
aut nolunt, aut non possunt Ecclesiariū nec-  
ssitatibus providere. Attamen, inquit Joannes  
Gerbasius de caus. major. art. 19. §. 3. Si quando-  
mētropolitanus, vel in Suffraganorum suorum sceleris  
converre visi sunt, vel ceriē ob suum latius na-  
tum, nimiamque sortiē corruptelam emendare  
illis impares extiterunt; haud immēritō sicut ap-  
postolice Sedis tam adsuīt authoritas, ad quam  
nempe spectat ceterorum Episcoporum excusae  
vigilantiam, mōdō & eorum implere vicies, si fore  
deficiant, &c.

Secundū, quando periculum est in morte,  
sicidem Gerbasius art. 11. in fine loquens de  
Commissariis ab Urbano VIII. datus die octo-  
vā mensis octōbris anno 1632. ad instantiam  
Ludovici XII. Francorum Regis adverbi  
quosdam ejus Regni Pralatos, ait, forma  
illam judicis, ut scilicet Summus Pontifex  
supremū causæ judicium immedīatē comi-  
teret, necessariam fuisse, ob genus criminis, quod  
cum præsentem Imperio suo (Ludovici) inno-  
mentaret, longiorē tamēsi Canonicam, iudicis  
formam non sinebat usurpari.

Tertiū, quando res sunt admodūm diffi-  
ciles; præterim si concurrat aliquod scandali  
periculum, ut facetur ipse Gerbasius art.  
4. §. 1. Quamvis aliunde contendat, primū  
Majorum cauſatum (quo nomine difficultes,  
præcipue in materia fidei, intelligi)  
cognitionem ad Episcopos pertinere. Hoc  
itaque, inquit, regula constituta non inepte potest  
in fidei dirimenti quæcūmque. Nam p̄fūlū  
perīscē forsan aliquis in Provinciis existens de  
rebus ad fidem spectantibus, vel res illae obīca co-  
runt, insolentes, neque satis aut scriptoris, ut  
etiam traditione explicata, tum consulenda erit A-  
postolica Sedes, ejusque expectanda sententia, q̄a  
prima esse debet, ut inquit Facundus Hermag-  
nus. Contentit in hoc Joannes Gerbasius  
cum Joanne Gerfonio; nisi quod iste primum  
earum cauſarum difficultum judicium Summo  
Pontifici refeueret. Hoc sunt verba traxi, ut  
examint. doctrinā considerat. 3. Aliqua sunt  
doctrina palam hereticā apud omnes; aliae le-  
via simplicib; sed manifesta sapientib; & pri-  
mū 3 teria relata neīra, habentes pro se Dilectis

que Doctorum autoritate confirmat. Ius  
autem illud observabatur in Gallia, ut alibi.  
Non enim alio Jure Communi, quām Decre-  
to, & Decretalibus utebantur Galli, ut tra-  
dit D. Petrus de Marca lib. 3. cap. 6. num. 5.  
verbis jam alibi relatis. Abulus igitur, qui  
circa hæc duo puncta irreperant, tollere vo-  
luerunt Patres Basileenses, Authores Prag-  
maticæ Sanctionis, & Authores Concordato-  
rum, solis causis majoribus primo sanctæ  
Sedis iudicio relictis, & sublati appellationi-  
bus, omisso medio, vel à sententia interlocu-  
toria gravamen irreparabile non inferente.

Agnovisse, vel invitū videtur Gerbasius,  
Concordata aliquid hæcūs circa causas ma-  
jores, & discrimen inter illas, & ordinarias  
posuisse; sed vult hoc tantum statutum, nem-  
pe ut ille referrentur ad Summum Pontifi-  
cem, non ista. Eſlo (inquit num. 4.) deter-  
minata quoque sit in Concordatis ratio finiendarum  
cauſarum majorum. Eſlo clausula ista, exceptis  
cauſis majoribus, &c. legem continet, &c. Et  
infra; Clausula itaque negat, cognitionem cauſarum  
majorum debere omnino finiri à Iudicibus in parti-  
bus sine relatione ad Summum Pontificem. Sed  
atēna est prouisus a mente Concitorum illius  
statuti hæc interpretatio, quatenus primū  
judicium cauſarum majorum Episcopis reſer-  
vare conatur. Primo enim jam dudum desie-  
rat ille relationum usus, ut ne veriſimile quidem sit, illum in mentem aut Pontificis, aut  
Gallia Regis, aut Episcoporum venisse. Se-  
cundū non quærebatur, an sancta Sedes esset  
consulenda super negotijs, sed in quo Tribu-  
nali, & quo ordine iudicanda essent? An  
nimurū p̄missim omnia possent per evoca-  
tionem, aut per appellationem ad Curiam  
Romanam trahi, ut pater ex integro Decreti  
Basileensis, Pragmaticæ Sanctionis, & Con-  
cordatorum contextu.

Non negabit Gerbasius Senatus Parisiensi  
veram Pragmaticæ Sanctionis intelligentiam,  
quippe cuius le illa Curia protectricem profi-  
teatur. Atque Senatus in oī anōne ad Regem  
Ludovicum XI. an 1461. circa libertates Ec-  
clesiæ Gallicanae habita, & inter Tractatus de  
illis libertatibus in 1. tomo Puteani secundo loco  
relatā, declarat, primā cognitionem, &  
decisionem cauſarum ad Episcopos spectare,  
nisi sint majores.

Ideā declararunt Officiales Regij anno  
1461. Cautum est, ut Ordinary tanquam veri Pa-  
stores cognitione, ac iurisdictione gaudent in suas  
oves, exceptis cauſis majoribus reservatis à dicto  
Consilio, scilicet Basileensi, apud Puteanum  
in probat. Ecl. Gall. cap. 36. n. 21.

Articulo 15. assert Gerbasius quædam exem-  
pla Concordatis recentiora, quibus ostendit,  
Regem Christianissimum, vel Ecclesiam Gal-  
licanam, vel Episcopos singulares intercessisse,  
ubi Summi Pontifices Episcopos deponere mo-  
liebantur, sed cum assert exempla etiam con-  
traria, quid ex illo consilitu resoluta, nisi mo-  
dō illud, modō aliud ius usurpari, prout quis-  
que ius rationibus commodum iudicat